UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

E ante R

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

Epulare.qđ ad epulas ptinet: vt epulare ſacrificiū: epularis ſer
mo.qui conuiuio fit. Apul. Jam illutis luminibus epularis
percerbuit. Epulares ēt vocabantur qui in ſacris epulaban
tur. Uar. Dum epulares nocte epularentur.

Epulatorius. a. um. quod aptum eſt vt in epulis comedatur.
Amb. ad Simpli. Bona opera epulatoria dicimus que ſunt
eſui. Et paulopoſt. Epulatoria ⁊ refectoria requies in deo q̄
facit animi tranquillitatem.

E ante Q

Equus aīal q̄drupes qui ⁊ caballus. ab ę̄q̄litate dictus. detra
cta prima littera. que diphthongum faciebat: qꝛ pares elige
bantur qui bigis quadrigiſq; iungerentur. Equoꝝ alij gra
darij qui molli gradu. ⁊ ſine ſuccuſura incedūt. Contra ſuc
cuſores ſeſſorē frequenter inq̄etāt. Alij dicunt̄ Veredi īcur
ſu velociſſimi quibus maiores vſi ſunt in venatione.

Eques generis cō. ſignificat hoīem equo īſidentē. vnde eq̄tes a
peditib⁹ diſtigunt̄. Uirg. li. ix. Interea p̄miſſi equites ex vr
be latina. Sumit̄ q̄n̄q; ꝓ ipſo equo. Idem. Dorſoq; equitem
docuere ſub armis. Inſultare ſolo: ⁊ greſſus glomerare ſu
pbos. Et eques dicit̄ q̄ equeſtrem dignitatem adeptus eſt.

Equeſter ab eques fit. ſicut a pedes pedeſter. vñ pedeſtres ⁊ eq̄
ſtres copię. Equeſtrē v͛o ordinē. medium fuiſſe cōſtat inter
patricios ⁊ plebē. Si oliꝫ ſub Romulo regibuſq; celeres di
cebantur a Celere remi interfectore. deinde a flectendis ani
mis: q̄m iudices erant: ſiue potius a flectendis equis Flexu
mines vocitati: poſtea Troſſuli a troſſulo oppido thuſcię. ꝙ
id ſine vllo peditum adiumento equites cepiſſent.

Equeſtre. ęs. dictum eſt quod equiti dabatur.

Equeſtria loca erant in q̄bus ſedebāt equites. Seneca li. vij. đ
bn̄fi. Equeſtria oīum equitū romanoꝝ ſunt. Et iterū Sꝫ cū
in theatrū veni ſi plena ſunt eq̄ſtria ⁊ iure habeo locū illic qꝛ
ſedere mihi licet. Sic popularia dicebantur vbi plebs ipſa in
theatro ſedebat. Sue. in Domi. Et qꝛ pars maior intra po
pularia deciderat q̄nquagenas teſſaras in ſingulos cuneos
equeſtres ac ſenatorij ordinis pronunciauit.

Equito. as. dicit̄ de homīe equo inſidente. ⁊ de equo. Lucil. de
equo. Nēpe hūc currere equū nos atq; equitare videmus.
Huius cōpoſita ſūt. Adeq̄to: qđ eſt iuxta eq̄to. Liui. Adequi
tauit deinde ſenſim portis. Obequito. circūequito. Idē Obe
quitare iubet hoſtium portis. Perequito ſicut peragro: vt
apud eundem. Cum peq̄taſſet aciem tantum iniecit ardoris
vt cum vltra ſuſtinuerint impetum equi.

Equitatus. mō eq̄tum turmā ſignificat: ſicut peditatus pro pe
deſtribus copijs mō actū eq̄tādi. Ply. Femina equitatu at
teri ⁊ aduri ſolent: modo ordinem eq̄ſtrem. Idē lib. xxxiij.
Quinentiam ipſum equitum nomen ſępe variatum eſt ī his
quoq; qui ad equitandum trahebantur.

Eq̄rius. a. um. quod ad equuꝫ ptinet: vt equarius medicus qui
equis medetur. Ual. max. li. vlt. Elophilus eq̄rius medicus
C. Marium ſepties conſulem auū ſibi vēdicādo ſe excuſſit.

Equinus. a. um. poſſeſſiuum. Hora. Humano capiti ceruicem pi
ctor equinam iungere ſi velit.

Equio. is. de equis dicitur cum coitum appetunt. ſicut Caulio
de canibus. ⁊ Subo de ſuibus. Colu. lib. vij. Equienti mulę
cruda braſſica datur.

Equimentuꝫ. merces q̄ dat̄ ꝓ admiſſura equi. Uar. An ſi equā
emiſſes quadrupedē vt meo aſino reatino admittens quan
tum popoſciſſes dediſſem equimenti.

Equitium. equoꝝ mandra. Ulpi. Equitij vſu legato videnduꝫ
an ⁊ domare poſſit ⁊ ad vehendum ſubiugo vti.

Equitius nomen viri proprium ⁊ cognomen familię romanę
ab equo deductum.

Equile pe. ꝑ. ſtabulum equoꝝ ſicut ab oue ouile. vnde var. ſua
det frenos in equili ſuſpendendum vt oculi equuleoꝝ cōſue
ſcant videre eoꝝ faciē: ⁊ e motu crepitus audire cū iā ad ma
nus accedere conſueuerint interduꝫ imponere his puerum.

Equiſo equoꝝ domitor: Uar. Nam vt equus qui aduehendū
eſt natus tn̄ traditur magiſtro vt equiſo doceat tolluti ince
dere. Et non tantum equoꝝ magiſtrū ſed ēt omnium reruꝫ
quarum ei regimen conceditur equiſo deſignat.

Equitabilis. locus ī quo equi facile inambulare poſſunt. Liui.
Opportuna explicandis copijs regio erat equitabilis ⁊ va
ſta planicies. Idem ɔtrariū poſuit. Imber violentius q̄ȝ ali
as fuſus campos lubricos inequitabiles fecerat.

Equuleus diminutiuum: ſumitur pro pulo equino ⁊ nouello.
Ci. in horten. Ut igitur domitores equoꝝ non verba ſoluꝫ
adhibent ad domādū ſed cibū ēt ſępe ſubtrahunt: vt fame
debilitet̄ equuleoꝝ nimis effrēata vis. Eſt ⁊ equule⁹ tormē
ti gen⁹ in eq̄ forma in quē ɔijciebant̄ rei. Ci. li. v. tuſ. Hęc ēt
in equuleū ɔijciunt̄ quo vita nō aſpirat beata. Idē de fi. lib.
iiij. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleū a tyranno ire co
gatur ſimilem habeat vultum vt ſi ampulam perdidiſſet.

Equuleus ēt diminutiuum. Ci. de ſignis Equulos argenteos
nobiles q̄ maximi fuerunt aufert. Et li. iij. de natura deorum.
Oīa imperfectis ⁊ maturis docet eſſe meliora. vt in equo q̄ȝ
in equulo. in cane q̄ȝ in catulo in viro q̄ȝ in puero. Uar. ait
equulum poſt annum ⁊ ſex mēſes domari poſſe. Sic equula
Idem. Nemo eſt tam negligens quin ſumma diligentia eli
gat aſinum qui ſuam ſaliat equulam.

Equiria: ludi quos Romulus Marti inſtituit. In his enim lu
dis currere in Martio campo equi ſolebant.

Equidē nō ab ego ⁊ quidē cōpoſita ɔiunctio ſed ſimplex ē. Sa
luſt. Ego equideꝫ ſic exiſtimo. Naꝫ ſi eſſet cōpoſita. non ſub
iūgeret̄ ego. q̄ȝ q̄ȝ apud. Uir. Ubiq; ego q̄dē ſignificet. Equi
dem meriti nec deprecor inquit. Perſius poſuit pro q̄dem.
Non eq̄dē hoc dubites amboꝝ fędere certo cōſentire dies.

E ante R

Eraſiſtratus nomen medici eximij. ex Ariſt. familia nati. ἐρος
amorem ϛρατος exercitum ſignificat.

Erate es. penul. correp. nympha oceani ⁊ tethyos filia ab ερος
ꝙ eſt amor.

Eratę numero plurali: vrbs corytanorum.

Erato. pe. cor. vna muſaꝝ ab amore dicta. ερος ερα̣μαι amo
ꝙ p̄ſit his q̄ amoris faces rapiuntur. Uir. li. x. Nunc age qui
reges erato q̄ tempora rex: quis latio antiquo fuerit ſtatus.

Erathoſthenes. pe. cor. nomē ph̄i qui orbis terrarum mēſor ap
pellatus eſt. hic vixit annis. lxxxj. ſicut ⁊ plato. ⁊ Diogenes cy
nicus ⁊ xenocrates platonicus. ερατος εραμαι και τοσ
θενος δύναμις ςοκρατος λεγετιν και ιατρος πο
ρισημος και μαθηματικος.

Eraſinus pe. pro. fluuius in argolica. Papi. Ruit agmine facto
Inachus ⁊ gelidas ſurgens Eraſinus ad arctos. Dictus eſt
⁊ Arſinus. ⁊ in archadia vbi hortuꝫ habet Stymphal⁹. Sūt
⁊ Eraſini in peloponneſo alij ſicut ſtrabo ſcribit.

Ercinia multis ſyluis nomē ē inditū. ſed apud germanos ma
xime q̄ apud gręcos Orcimia đr: Ab heluetijs ad nemetū tu
riacorūq; fines ꝓtēdit̄ ⁊ ad dacos ⁊ danubiū īde ab alias gē
tes lōgitudidine ſex dieꝝ multis feris abūdās ⁊ ꝓceris fre
quens arboribus. ſunt qui hoc nomen aſpirēt. ⁊ cū. y. ſcribāt

Erciſcere priſca lingua ſignificat diuidere. Inde familie erciſcū
dę. i. reifamiliaris diuidēdę. Quidā erciſcundū ab erciū anti
qua dictione dici volunt a coercendo. Unde ⁊ Iouem erciū
puto dictum ꝙ mala crederetur arcere.

Erebus pe. cor. fluuius. inferoꝝ. Uir. Magnos erebi tranaui
mus amnes. Qn̄q; ꝓ obſcuriori īferni parte. vt Imas erebi
deſcēdit ad vmbras. varro ex erebo natam noctē ait. Unde
⁊ illlud. Erebo creatam fuſcis crinibus noctem inuoco.

Erembi. ppl̄i in arabia qui pręrupta ſaxa nudi inhabitāt.

Eregione. ex aduerſo ex oppoſito.

Eremea. ere tua. Uide ſupra. in e. ⁊ ex.

Erepublica ideſt ex vtilitate ⁊ commodo publico. Sue. i Ceſa.
Plęriq; pecunias contulerunt ne catone quidem abnuēte
eam largionem e republica fieri. econtrario dicimus Abre
eſt. pro eo quod eſt contra commodum.

Eremus. pe. pro. naꝫ apud gręcos per. η. ſcribitur ερημος ſo
let tn̄ ab aliquibus corripi ꝑ īopiā lr̄aꝝ grecarum: vt Prę

potens martyr eremiqꝫ cultoꝛ. Eſt ⁊ generis fę. Hiero. Inter multos ſępe dubitatū ē a quo habitari cępta ſit eremus. Significatqꝫ eremus ſolitudinē. Hinc Eremittę ⁊ eremitani Unde oꝛdo eremitanus ſub diuo Auguſ. militans non tā doctrina ꝙ̄ virtutibus inſignis.

Erga ꝑpoſitio licet eādē vim habere videat̃ cū cōtra beniuolētia tn̄ plena ē: vt pꝛo meo ſūmo egra te amoꝛe onus ſubeo.

Erga ſylus nomen viri. pꝛopꝛium.

Ergo illatiua ſiue cōpletiua coniunctio ē que minoꝛibus adhibetur clauſulis. ſic igitur. Aliqñ inceptiua eſt ↄueniens maxime indignationi. Iuue. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas hic elegos: Aliqñ hoꝛtatiua q̄ ponitur vt hoꝛtemur qui tarde aliq̄d faciūt ⁊ affectum expꝛimit repꝛęhendentis. Uir. Ergo age chare pater. Aliqñ aduerbium eſt ⁊ ponitur pꝛo cā. circūflectiturqꝫ vltima. Uirg. lib. vj. Illius ergo venimus ⁊ magnos erebi tranauimꝰ amnes. Siſen. li. iiij. Milites vt lex calphurnia ↄceſſerat virtutis ergo ciuitate donati.

Ergon latine opus. a quo fiunt quę ſequūtur.

Ergaſtulum pe. coꝛ. taberna vel officina vbi lapides metallaue fodunt̃ vel aliud quidpiaꝫ operis a vinctis ſeruis fit. quos Ply. his verbis deſcribit. At nūc eadē illa vincti pedes: dānate manus īſcripti vultus exercent. Dictū ergaſtulū ab εργαζομαι qđ eſt operoꝛ. Iuue. nēpe in lucanos ⁊ thuſca ergaſtula mittas. ſed qm̄ in diuerſis locis ſerui durius operari cogerent̃. factū eſt vt ergaſtula modo ipſos dānatos: ſeruoſue operātes: modo carcerē ſignificet. var. Miſitqꝫ mox eo iniuriū qui tota ergaſtula donaret libertate. Col. li. j. Optime ſolutis ſeruis cellę meridiē ęquinoctialeꝫ ſpectantes ſient. vinctiſqꝫ ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum: plurimis ſitqꝫ id anguſtis illuſtratum feneſtris.

Ergaſtulus cuſtos pęnalis loci. Lucil. non ergaſtulus vnus et alius indicem appoſuit: vt nemo ſentētiā libere magis ꝙ̄ ergaſtulus dicere poſſit. Aliqñ ſumit̃ ꝑ opario. Ply. Colī rura ergaſtulis peſſimū eſt: vt quicquid agit̃ a deſperantibus.

Ergaſtularius. q̄ ꝑeſt ergaſtulis. vñ Col. li. j. docet qūo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeāt. Ergaſtes ⁊ ergaſticꝰ. latīe opariꝰ. Ergaſia opatio. ergaleia ferramīta. ergaſenō officina ergaſemos fabꝛicabilis. ergaſteriarches tabernariꝰ opifex.

Ergaſteriuꝫ: officina vbi aliq̄d opamur. vt eſt in decretis diſt. xliij. nulli clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere.

Ergetiui. pe. pꝛo. populi ſunt ab ergeto oppido ſirius. Hadranum ergetumqꝫ ſimul.

Erguminus pen. coꝛ. qui a dęmone agitatur. ab εργομαι. qđ latine dicitur agoꝛ ideſt agitoꝛ pꝛohibeo.

Eriboea. dicta eſt nouerca Mercurij. i. iuno cuius monitu ⁊ ꝑcibus ipſe mercurius Martē ex vinculis liberauit. Et dici pōt libuſculę. nā εριϛ. lis βουϛ bucula ſiue iuuenca dicitur qꝛ Iſidem multa indignatione pꝛoſecuta fuit.

Ericates nomē viri ⁊ poteſt interpꝛetari. quaſi ira confractus nam εριϲ. ira. κατεαχω infringo.

Ericthеus nomen pꝛopꝛium phaeacis viri. Alter fuit athenarū rex quem Minerua e rure vbi natus erat ſuſcepit educauit ⁊ athenienſi populo pꝛo rege tradidit.

Ericthonius rex athenienſis vulcani ⁊ Minerue filius a quo populus athenienſes erichthonius dictus eſt. hic teſte ply. quadrigas pꝛimus iunxit ⁊ ludos inſtituit in attica regione

Eridamus pe. coꝛ. fluuius in italia. ab eridano ſolis filio ibi ſubmerſo dictus. quamuis ſit ita intelligendum: vt non erremꝰ ſed melius eſt tacere. quam pauca dicere. alij viderint.

Erigone pe. coꝛ. nomē. Icari filię: que ob fratris necem doloꝛe percita laueo ſe ſuſpendit: vt higynus late tractauit.

Eriphile pe. pꝛo. nomen vxoꝛis Amphiarai ⁊ ſoꝛoꝛis Adraſti. Hec accepto aureo monili latētem maritū pꝛodidit. Uirg. li. vj. His phedran ꝓcriqꝫ locis męſtāqꝫ eriphyleꝫ. Scribit̃ ⁊ ſine. h. Iuue. Occurrunt multę tibi belides atqꝫ eripyle.

Erimantus: qui lites diſſeminando diuinat q̄ſi εριϛ εριλοσι . i. litis μαντίϛ diuinus. Iuue. aut diſphilus aut erimantus Erymanthus vō cū. y. ⁊. h. mōs archadię quo apꝛum agrorū vaſtatoꝛē hercules domuit: viuūqꝫ ſup humeros ad Euriſteum detulit. Quo cōſpecto euriſteꝰ in ęreo ſe vaſe abſcōdit Uir. Aut erymanthi placarit ſiluā: ⁊ lernā treme fecerit arcu. Eſt ⁊ ſilua ⁊ fluuiꝰ hoc noīe in alphęū defluēs vt oſtēdit ply. li. iiij. Ci. li. ij. tuſ. vocat erymathū beluā erymāthiam naſtificaꝫ Sophocleus aūt λαμπρεια οροϛ αρκαδιαϛ αφου και ποταμοϛ ρει ερυμανθοϛ πορι δε του καπρου και ιροδοροϛ φηϲιν οτι επι ταϛ πυλαϛ του μυκυνου κομισαϛ αυτον απετετω.

Erinacius: aīa nō maius ericio vt Hiero. inq̄t ſimilitudinē vſi muriſqꝫ hñs. Uñ in palęſtina Arconꝰ dꝛ. ⁊ magna ē in iſtis regiōibꝰ huiꝰ generis abūdātia. ſpqꝫ in cauernis petrarū ⁊ terre foueis habitare ↄſueuerūt. Dr̃ ab aliq̄bus Cyrogrillus. qđ nomē ab hoꝛrēdo quidaꝫ deducūt ⁊ cum. h. ſcribunt.

Erinnys cū. y. furia īfernalis. dicta ꝙ humanā coꝛrumpat mētē απο του ερρει νοτι ν νουτι η ερα λεγεται κγαιακαιν αιω οτι Huiꝰ genitiuꝰ erinnyos ⁊ erinnys latīe. ⁊ ꝑ ſynereſim erinnys: accuſatiuꝰ erinnya ⁊ erinnyn. ī plī erinnyes.

Eripio. is. pe. coꝛ. extra rapio. Et ↄſtruit̃ cum dtō ferre in malam partē: vt eripuiſti mihi ſubſtantiaꝫ. Aliq̄ qñ cū ablatiuo ī vtrāqꝫ partē. vt eripuiſti me a ꝑiculo ⁊ eripuiſti a me librꝫ.

Eriphyſa. inſula vna ex ęolijs. quaſi εριμ ideſt litem φυσαουσα ſufflans dicitur.

Erodius ⁊ Erodion. auis maioꝛ omnium volatilium ⁊ aquilā vincit ⁊ comedit.

Erogo. as. pe. coꝛ. diſtribuo ⁊ q̄ſi rogatoꝛibꝰ diſtribuo. Hier. ad Iulianū. Cū multis erogaueris cēſum tuū ⁊ q̄dam tua gaudeant libertate. tñ multo plures ſunt q̄bus nihil dediſti Inuenitur etiam Exrogare. quod eſt vt Feſ. inquit ex lege vetere aliquid per nouam legem eximere.

Erotema. pe. pꝛo. gręce. εροτημα interrogatio latine dicitur. Ut quo res ſumma pāthu: ſūmā quā pꝛendimus arcē. Erotematicus īterrogatiuus ερωταω ερωτωεϛι το ερομαι.

Erroꝛ inq̄t Aug. li. enchiridion. eſt exiſtimatio vel appꝛobatio veri ꝑ falſo vel ecōuerſo ⁊ certi ꝑ incerto vel econtrario. et errare eſt putare vel appꝛobare veꝝ eſſe qđ falſum eſt. vel falſum eē qđ veꝝ eſt: vel certū ꝑ incerto ſiue falſuꝫ ſiue veꝝ ſit. vñ ſciendū ꝙ licet q̄s abſqꝫ ignorātia errare nequeāt: nō tñ qui aliq̄d neſcit: ↄtinuo errat: ſꝫ qui ſe exiſtimat ſcire qđ neſcit: ⁊ falſum ꝑ vō: ſiue incertū ꝑ īcerto appꝛobat. Accipit̃ ēt qñqꝫ erroꝛ ꝑ pctō: ⁊ qñqꝫ ꝑ vagatione. Et errare ꝑ vagari ⁊ diſcurrere. Uirg. Uidiſtis ſiquam hic errātē foꝛte ſoroꝛū Sed qm̄ pecudes errando. i. vagando paſcuntur. errare ponitur ꝑ paſcere: vt mille meę ſiculis errāt in montibus agnę. Itē qꝛ errādo ſepe a recta via deflectimur errare ſumit̃ ꝑ peccare. Sane īter erroꝛē ⁊ errationē hocītereſſe Do. exiſtimat ꝙ erroꝛ animi ſit: erratio pedū. Ter. in adel. Sane hac multo ꝓpius ibis ⁊ minoꝛ eſt erratio. i. minus eſt ſpatij ꝑ qđ erretur. Cōpoſita verbi erro ſunt Aberro qđ eſt valde vel longe vagoꝛ. Ci. in tuſ. Sꝫ redeat vñ aberrauit oꝛo. Deerro. Oberro: circūerro. Lact. li. ij. Uulgus eſtimat moꝛtuorum animas circa tumulos ⁊ coꝛpoꝝ ſuoꝝ reliquias oberrare. Pererro ꝑ totū erro. Col. in ꝓſa. ſempqꝫ ritu volucrū longinqui littoꝛis peregrinus ignotū pererret oꝛbem. Exerro valde erro. Cypꝛia. ad Ianuarium. Nequis exoꝛbitans: ⁊ a via veritatis exerrans apud hęreticos iungeretur.

Erratus. us. ⁊ erratū. ti. peccatū. Ci. tironi. Tantū mihi doloꝛeꝫ cruciatūqꝫ attulerūt erranta meę ętatis: vt non ſolum aīus a factis. ſed aures quoqꝫ a cōmemoꝛatione abhoꝛreāt. Et in decretis diſt. xl. ſcribitur. Quod aliquando in ipſis quoqꝫ cōſpicimus erratibus electoꝛum.

Errones ſunt vagabundi. Tibul. Atqꝫ iteꝝ erronem ſub tua ſigna voca. Sappho. At vos erronē tellure remittite noſtruꝫ Ulp. errones appellantur ſerui qui non q̄dē fugiūt ſed frequenter ſine cā vagantur ⁊ tpibus in res nugatoꝛias cōſumptis ſeruis ad dōminum redeūt

Errabūdus affatiꝫ vel valde errās. Uirg. Si qua foꝛte ferant oculis ſeſe obuia noſtris errabunda bouis veſtigia.

Erraticꝰ. a. ū. qđ vbiqꝫ ſerpit: ſeu vbiqꝫ naſcit̃: vt vitis erratica

Erubeſco: ⁊ rubēs fio. Aug. ꝑ tranſlationem ꝑ verecūdoꝛi ſi-

gnificatione actiua poſuit cū ait. Quiſquis me erubuerit coram hominibus: erubeſcam eum corā patre meo.

Eruca. pe. pro. ſi apuleo. credit̄ ab herēdo venit. quoniā rebus quas occupat tenacit̄ īhereat. Uez aliis magis ſine. h. ⁊ ſine diphthōgo ſcribi placet: ⁊ a rodēdo deduci. eſt aūt gen⁹ vermis. Cāpe alio noīe: q̄ in olez folia repit abroditqз p̄ſertim braſſicas. Col. li. xii. vbi vō apricis regionibus poſt pluuias noxia īceſſerūt aīalia q̄ a nobis appellāt̄ eruce. g̃ce aūt cāpe noīantur: vł manu colligi debēt vel matutinis tp̄ibus fruti ces olerū cōcuti. Sic enī dum adhuc torpēt nocturno frigore ſi deciderint nō amplius in ſuperiorē p̄tē prepūt. Eſt ēt Eruca herba q̄dā virtutis callide dicta ſit̄ q̄ erodat. Nam beſtiolas oēs corpori innaſcentes erodit: venerēqз excitat. Ouid. de reme. Nec min⁹ erucas iubeo vitare ſalaces. Col. Excitet vt veneri tardos eruca maritos. Sūt qui erucā dici velint q̄ vrat: Naз linguā pungit. ⁊ ſanguinem exurit vt ſit eruca quaſi vruca. u. i. e. verſa Aut q̄ fortaſſe dicta ſit ab eſu hoc eſt ab edēdo. Et cū principio eſſet eſuca: poſtea cōmutatione littere facta eſt eruca vt ex valeſio Ualerius.

Eructo. as. ex e ⁊ ructo. qđ eſt frequētatiuū verbi Erugo. is. Iuue. poſuit exēplū de Ructo. Si bene ructauit. ſi recte minxit amicus. De Eructo hiero. Eructauit cor meū verbū bonuз Eſt ⁊ ructor in eadē ſignificatione. Hora. hic dum ſublimis verſus ructat̄ ⁊ errat. ructo aūt a rugo. is. xi. ctū. vñ Ructus a ructo quoqз ſit ructito aliud frequētatiuū. Col. li. vii. đ boue egrotante ſic inq̄t. Gemitus exprimit: locoqз ſtare nō patitur ſepe decūbere ⁊ ructitare cepit: caudāqз crebrius agere. Dr̄ ⁊ ructuo. as. ⁊ ructor. Hic a Sidonio dicta eſt ructuario eſculēta. Ex quo eructuo. Aug. Illi audiūt tanq̄ verbū eructuatū: illi tāq̄ ſciaз annūciatā. Quod enī ructuat̄: p̄ntib⁹ ructuat̄. Eſt āt eructare p̄prie extra ructū mittere q̄uis ad alia trāſferat̄. Col. li. ix. Neqз ipſuз viuariū replet̄ ɔgerie quam tēpeſtatib⁹ eructat pelagi violentia. Eſt ⁊ irructo. Plau. in pſeu. quid tu malum ergo in os mihi ebrius eructas.

Erudio. is. penultima correpta. ſignificat ex rudi doctum facio Hinc eruditio pro doctrina.

Erudio as. pe. cor. ab. e. ⁊ rudero. rudero vō a rud⁹ eris. Et ſūt rudera purgamēta. puta cemētū lapides confracti arena calx et hmōi ex ruinis congeſtā. hinc ruderat⁹ ager q̄ veterū edificioz materia ſcatet. Eruderare itaqз ē purgare ⁊ rudus exiacere. Ambro. de obitu Theo. ſed Iſaach obſtructos ab alienigenis puteos eruderauit: nec latere aquam paſſus eſt.

Erugo. Uide ſupra in dictione Aerugo.

Erumna. vide in dictione Aerumna.

Erunco. as. vide ſupra in dictione Aberunco.

Eruo. is extraho. Lactā. li. ii. Ipſe ſibi oculos eruat: vt oēs ceci ſint. Interdum eruere eſt in totum deſtruere. Idem lib. vii. eruentur funditus ciuitates.

Eruum genus pabuli ſeu leguminis. Col. Eruum letatur loco macro nec humido qz luxuria plerunqз corrūpitur. Dictum eruum ab eruendo. Carpitur enim ⁊ manu vellitur.

Eruilia. idem q̄ eruum. Col. ſar ſena putat agros ſtercorari lupino faba vicia eruilia lente cicercula piſo.

Eryngion herba aculeate mordacitatis ſpinoſa veluti carduus. ſatiua in cibis probatur radice tm̄ que melle cynamomo ⁊ cariophilo condita guſtui non iniucunda eſt.

Erythace apum cibus dū operantur: quā alii ſandaracā. alii cerinthū nomīant. Hic ſepe fauoz inanitatibus inuenit̄ ſepoſitus ſaporis amari. Uar. Erythaen vocāt qua fauos extremos inter ſe conglutinant. Erythace a coloris rubedine dicitur. grece enim ερθημα rubor appellatur.

Erythacus. auis hyeme đr phenicurus eſtatate. quaз vulgo pectus rubeum vocant απο του ερυτραι μομαι hoc eſt a rubeſcendo ερυθακος phenicurus vō q̄ caudam rubeā habeat. phenix purpureum ſignificat ουρα cauda eſt.

Erythreon rubrum dicitur. Col. lib. viii. Nec min⁹ aſia rutilos quos vocat ερυθρεους hoc noīe pſei ⁊ Andromache pater vocatus fuit. A quo teſte Solino non ſolum ab arenarū colore mare id vocatum fuit. quod rubrum dicimus.

Erythre ciuitas aſie non longe a chio. ex qua Sibylla fuit quaз numine afflatam crediderunt. Antiqua ſane mulier ⁊ diuinatrix: ⁊ tempore Alexandri.

Erythea inſula Geryonis regia in mari gaditano. In ea tanta aeris benignitas fertur vt hoīes pariat pene īmortales. habuit ēt canem geriones: de quo fratre cerberi ita ſcribit Iulius pollux lib. v. γνωριμος οδε γηρυονου κυονοτας βους φυλατρωμ αδελφος κυτου κερβερου ανιρεθη δευφη μακλεους

Eryx nomen montis in ſicilia: ⁊ nomen ciuitatis in eo ſite in tēplum Ueneri ɔſtruxit. Eryx filius eius: Ouid. Sed dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi Colle ſub vmbroſo quam tenet altus eryx. Pōpo. Mōtiuз eryx maxime memoratur ob delubrum Ueneris. Unde venus erycina dicta eſt. Quicq̄d geminas erycina meos ſine fine dolores.

E ante S

Eſau. nomē filii Iſaach: q̄ ⁊ eodem. hoc eſt rufus. ⁊ Seir. quod piloſum ſignificat appellatus ē.

Eſca cibus qui datur hominibus animalibuſqз. Et eſca eſt que datur auibus piſcibuſue ad decipiendum a quo ſit Ineſco as. ⁊ Eſcarius. ⁊ eſculentus: adiectiua. ⁊ Eſito.

Eſcarius. a. um. quod ad eſcam pertinet. vt eſcaria vaſa. Ply. Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum non tranſlucens. Eſcaria menſa in qua homines epulantur.

Eſculentus. a. um. quod ad edendum pertinet. Ply. li. x. Accipitres totius maſſilie humi fetificāt: nihil eſculenti rapere vnq̄ ex funez ferculis. Hiero. ad Euſt. Poſuit eſculentior pro delicatiori cum ait. Quod ſi volueris reſpōdere te nobili ſtirpe generatum ſemper in deliciis: ſemper in plumis non poſſe a vino ⁊ eſculentioribus cibis abſtinere: nec his legibus viuere deſtrictius. Reſpondebo. Uiue ergo lege tua.

Eſculus: arbor glādifera. q̄ veteres ex eius fructu eſcā ſumerēt

Eſito as. penultima correpta. frequentatiuuз eſt a ſupino eſum formatum. Gel. Uidetur autem de Liamo non eſitato cū erroris fuiſſe. ſcribitur per e.

Eſchon. ciuitas Seon regis amorrheorum in terra Galaad.

Eſſeda pe. cor. vehicula galloz britānorumqз apud belgas primo reperta. Et p̄prie Eſſedū in equo. ſicut ſtaticulū in vehiculo. petoritum in mula ē. ſirius de Aſturcone. Aut molli pacata celer trahit aſſeda collo. Cōfundunt̄ tn̄ hʒ. Sue. in clau. ſolitus in geſtatorio ludere: ita eſſedo alueoqз adaptatis ne luſus confunderetur. Hinc eſſedarii qui eſſeda regunt.

Eſſedones: ſunt aſiaticorū ſcythaz populi quibus teſte herod. li. iiii. hiſt. mos eſt parentum funera cantu proſequi ⁊ cōgregatis proximis cadauera ipſa pecudum admixtis carnibus comedere: qui oſſa capitum ſuorum parentum auro cincta ī poculorum tradere miniſterium aſſeruntur.

Eſſei Iudei. Nam tria iudeorum dogmata vt ſcribit Ioſeph extitere phariſei ſaducei ⁊ eſſei. Et hi quidem Eſſei ab vxoribus ⁊ vino ⁊ carnibus abſtinuerunt ſemper ⁊ quotidianū ieiunium verterunt in naturam.

Eſſentia ſit ab īfinito eē ⁊ idē ē qđ eē: qn̄ nominaliter accipit̄ q̄le ē apđ p̄hū. Uelle ſuū cuiqз ē Ut. n. velle idē ē qđ volūtas. ⁊ ſcire ipuз qđ ſciētia: ⁊ poſſe ipuз qđ potētia ⁊ viuere ipſuз qđ vita. ita eſſe ipſuз ē qđ eſſentia. Aug. li. xii. ci. dei. ſicut ab eo qđ eſt ſapere vocat̄ ſapiētia ſicut ab eo qđ eſſe vocat̄ eſſentia nouo quidē nomine quo vſi veteres nō ſūt latini ſermonis auctores: ſunt iā noſtris tēporibus vſitato: ne deeſſet etiam lingue noſtre quod greci appellāt ουσιαμ. hoc enim verbum e verbo expreſſum eſt: vt diceret eſſentia. hinc eſſentiale. quod eſt eſſentie. ⁊ eſſentialitas ſecum eſſentiam.

Eſto futuri tēporis imperatiui. Interdum concedentis aduerbium eſt. Uirgilius Eſto egram nulli quōdā flexeri mariti.

Eſuries. eſuritio. eſurigo. ⁊ fames idē ſunt hoc ē edēdi auiditas

Eſurio is. penul. cor. iui. itum. cupio edere abſolutum eſt. q̄q̄ ⁊ cum accuſatiuo inueniatur. Aug. Et fructum pietatis quem debuerant: quemqз in eis dominus eſuriebat ferre recuſabant. Amb. Qui verbū in interioribus anime receperūt ali-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN